

# The Digital *Viridarium consolationis* Project

## Pars 5: De aliis rebus Caput 9: De prelatis ecclesiasticis (3)

Unde item Gregorius de superbo prelato dicit:

Cunctis se existimat prelatus amplius sapere,  
quibus se videt amplius posse.

Hoc amat, scilicet videri sapiens, et esse potens,  
hoc causa angelice et humane fuit ruine.  
Ponam, inquit angelus, sedem meam in aquilonem et cetera.  
Et homini dixit: Eritis sicut dii, scientes bonum et malum.  
Timeat igitur prelatus, quod meruit homo et angelus,  
quia angelus cum vellet esse potentior, corruit.  
Homo dum videri vellet sapientior, desipuit.

Et in eodem (Gregorio):

«Cunctis se existimat prelatus amplius sapere,  
quibus se videt amplius posse.»

Hoc amant, scilicet videri sapientes, et esse potentes,  
haec causa fuit angelicae et humanae ruinae.  
Ponam, inquit angelus, sedem meam ad Aquilonem (Isai. XIV).  
Et homini dixit: Eritis sicut dii, scientes bonum et malum (Gen. I).  
Timeat igitur prelatus, quod meruit homo et angelus.  
Angelus enim, cum vellet esse potentior, corruit;  
homo, cum vellet videri sapientior, desipuit.

Cunctis se aestimat amplius sapere,  
quibus se uidet amplius posse.

Gregorius Magnus, *Regula pastoralis*, 2.6  
(SC 381, F. Rommel ed., p.206, ll.51-52).

Hugo de Folieto, *De claustro animae libri quatuor*, 2.12  
(PL 176, col.1060B-C).